

21 marzo 1261

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatico Fondo Luoghi vari n,100.

1261 marzo 27.

Edizioni:

Carte dell'Archivio Arcivescovile di Pisa. Fondo Luoghi vari 2 (1251-1280), cur.: **L.CARRATORI SCOLARO & R.PESCAGLINI MONTI**, Pacini Editore, Ospedaletto (PI) 1993, n.24, pp.53-60.

Note:

Sul verso, di mano coeva: «Carta emptionis terrarum quas dominus Albertus fecit a domino P[alavi]scino Fer[rantis] de Curte»; di mano del XV secolo: «Carta di compera delle terre di Colognula le quali messer Alberto conprò da messer Palaviscino di messer Ferrante di Corte. Adverte che Giovanni Falconi è molto chiamato in Colognula dalli infrascritti terreni».

Notazioni archivistiche: «128, 1261 a 12 aprile»; «1261, 21 marzo, n^o 158»; «60»; «1261 marzo 21 indizione IV ab incarnatione»; «82»; «107».

La pergamena presenta rosure e lacerazioni lungo i margini e macchie di umidità, una delle quali, particolarmente estesa, nella parte superiore.

Regesto:

Pallavicino de Curte del fu Ferrante de Curte, della cappella di sant'Ilario, procuratore di Mattea sua figlia e vedova di Rosso da Colognole, vende a Alberto prete del fu Guido da Colognole tutti i beni e diritti che il suddetto Rosso aveva a Colognole e in altre località delle Colline, per il prezzo di 90 lire.

Originale:

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Dominice incarnationis anno millesimo ducentesimo sexagesimo primo, indictione quarta, duodecimo Kalendas aprilis.

Ex hoc publico instrumento sit omnibus manifestum quod Palaviscinus de Curte quondam domini [Fer]rantis de Curte de cappella sancti Illarii, habens iura Mathee filie sue relicte domini Rossi de Colong[nola] [pro]ut in carta don[ationis] rogata et firmata a Bonaiuto notario continetur, vendidit et tradidit domino Alberto presbitero quondam domini Guidonis de Colongnola unam et action[um] et rationum et nominum ipsius partis posite in confinibus castri Colongnole et in [eius]dem iurisdictione et que olim predictus dominus Rossus pro eo habebatur et tenebatur et ei olim debebatur in predicto castello predicti loci Colongnole Collinarum et in eius confinibus et iurisdictione et omnes honores et redditus et proventus et iurisdictiones et obventiones [et omni]a et singula que olim dictus dominus habebat vel alius pro eo et ei pertinebant in dicto castello Colongnole Collinarum et eius confinibus et iurisdictione aliquo modo vel iure in re vel in persona et omnes honores et nem quos et quem dictus dominus Rossus vel alius pro eo habebat in ecclesiis et ecclesiarum sanctorum Petri et Andree de dicto loco Colongnole et ei vel alii pro eo pertinebant aliquo modo vel iure [et om]nes et singulas alias terras et loca et ecclesias positas seu posita in dictis confinibus et iurisdictione aliquo modo vel iure pertinentes suprascripto olim domino Rosso, et omnia iura omnesque actiones et r[actiones tunc] dicto olim domino Rosso et nunc aliquibus suis heredibus aut heredi pertinentes et pertinentia in petio terre cum puteo et in petio cum domo positas in burgo dicti loci Colongnole, et tenet ambo [ca]pita cum uno latere in via, aliud latus in terra et domo Rossi et Guidonis Panconis et Alberti et fratris, et omnia infrascripta petia terrarum infra confines Colongnole.

Primum quorum est cum vinea et fructibus super se et terra vacua, et tenet unum caput in carbonaria dicti castelli Colongnole, aliud caput in terra et nemore dicti domini et Iohannis Falconis et consortium, latus in terra et vinea Pericioli et partim in terra Barthalomei, aliud latus in terra et vinea Iohannis Falconis.

Secundum petium est casalinum positum prope dictum castellum, et tenet unum caput in terra Iohannis Falconis predicti, aliud caput in terra Barthalomei et Ricoveri et Maii et fratris, latus unum in terra Rossi et Guidonis Panconis et fratris, aliud latus in via.

Et omnes alias terras et iura rationum, redditus et proventus ipsarum terrarum quas tenet Rossectus in villa de Colongnola.

Et tertiam partem pro indiviso infrascriptorum petiorum terrarum. Primum quonum est cum domo super se et omni sua pertinentia positum in Colongnola, et tenet unum caput cum uno latere in viis publicis, aliud caput in terra Iohannis Falconis et partim in via publica, aliud latus in terra Pericioli.

Secundum petium est positum post dictum castellum de Colongnola et est pastinum, et tenet unum caput in terra Ubaldi quondam Bandini Porcelli, aliud caput cum uno latere in terra Iohannis Falconis, aliud latus in cerbaria.

Tertium petium est terra campia cum fructibus super se positum in eodem loco, et tenet unum caput in via publica aliud caput Ricoveri et Bili et partim in terra Barthalomei, latus in terra Bonacursi et Pericioli et partim in terra predicti Iohannis et in terra predicti Ubaldi.

Quartum petium est positum prope dictum castellum Colongnole et est ortum cum fructibus super se, et tenet ambo capita in viis publicis, latus unum in terra predicti Ubaldi, aliud latus in terra predicti Iohannis.

Quintum pe[tium] est positum in predictis confinibus in loco dicto Sotto al Serrallio, et tenet ambo capita in terra predicti Barthalomei et suprascripti Alberti emptoris de Colongnola, latus unum in terra suprascripti Iohannis Falconis, aliud latus [in ter]ra predicti Barthalomei.

Sextum petium est positum ibi prope in loco dicto al Posso, et tenet unum caput cum uno latere in via publica, aliud caput in terra predicti Iohannis, aliud latus in terra Rossi [de] Colongnola.

Septimum petium est positum ibi prope, et tenet unum caput cum uno latere in viis publicis, aliud caput in terra predicti Iohannis, aliud latus in terra Iuncte.

Octavum petium est [positum] in predictis confinibus, et tenet unum caput in terra predicti Barthalomei, aliud caput in terra predicti Iohannis, latera ambo in terra predictorum Alberti et Pericioli.

Nonum petium est positum in predictis confinibus in loco dicto Albrisalle, et tenet ambo capita cum uno latere in viis publicis, aliud latus in terra predicti Pericioli cum olivis super se.

Decimum petium est positum in dictis confinibus in loco dicto del Serrallio, et tenet ambo capita in viis publicis, latera ambo in terra suprascriptorum Pericioli et Iohannis Falconis et Barthalomei.

Undecimum petium est positum ibi prope in loco dicto all'Olivo del Bello, et tenet unum caput in terra Barthalomei, aliud caput in terra Capronensium, latus unum in via publica, aliud latus in terra predicti Barthalomei, vel si alii sunt confines.

Et omnia alia petia terrarum que sunt prata posita in loco dicto In Valle, et sunt comunalia.

Et totam tertiam partem pro indiviso terrarum quas tenent et habent Rossi a Llari.

Et unam partem de sex partibus totius poderis quod Rossi de Colongnola tenent et habent in Sancto Regulo et in eius confinibus et iurisdictione et que olim eis pertinebant.

Et sextam partem integram pro indiviso omnium et totius eius que et quod predicti Rossi habent in Palliana et eius confinibus et iurisdictione.

Et unam partem de duodecim partibus omnium et totius eius que et quod domini de Colongnola in Fortia in Orciano et suis confinibus et iurisdictione et que olim dicto Rosso viro dicte Mathee pertinebant.

Et unam partem omnium et totius eius quod predicti domini de Colongnola habent in Scutriano et que olim dicto Rosso pertinebant.

Et unam partem de duodecim partibus omnium et totius eius que et quod predicti domini habent et eis pertinent et olim dicto Rosso viro dicte Mathee pertinebat in Vicarello.

Et unam partem duodecim partium de omni eo quod predicti domini de Colongnola habent et olim predictus Rossus habebat in podere et boschis de Nuvila et eius confinibus et iurisdictione.

Et unam partem duodecim partium de omni eo quod predicti domini de Colongnola vel alius pro eis habent et recoligunt seu recoligi faciunt et olim predicto Rosso viro dicte Mathee pertinebat et

ipse idem Rossus habebat et recoligebat pro eo pro libello et albergaria et occasione libelli et albergarie in Quartodiecimo.

Et unam partem duodecim partium totius terre quam tenet Gerardus de Torsciano a predictis dominis et quam olim tenebat a dicto Rosso.

Et unam partem duodecim partium de eo omni quod predicti domini recoligunt et olim dictus Rossus recoligebat in podere de Falischeto.

Et unam partem sex partium de omni eo quod Rossi de Colongnola et olim dictus Rossus recoligebat ad Montem Vecchium.

Et unam partem sex partium poderis quod tenet Petrus Augustini et totius eius quod ei pertinebat in Aliaula de curte de Colongnola.

Et unam partem duodecim partium totius poderis de Torichio.

Et unam partem totius poderis quod tenet Gerardus de Cassano.

Et unam partem duodecim partium poderis quod tenet nepos Bergi de Cassano.

Et unam partem duodecim partium terre quam tenet Barone del Ponte de Camaiano,

Et tertiam partem totius eius quod Rossi habent ad Pinetum.

Et unam partem duodecim partium de omni eo quod predicti domini recoligunt et olim predictus Rossus recoligebat et ei pertinebat al Gabbro.

Et unam partem duodecim partium totius feudi quod predicti domini de Colongnola habent et quam olim dictus Rossus vir predicte Mathee habebat et sibi pertinebat in Parrana, quod tenent nepotes domini Albertini.

Et unam partem sex partium de omni eo quod tenet et reddit Adamus de Sancto Fele a dictis Rossis et olim dicto Rosso viro dicte Mathee reddebat et tenebat ab eo.

Et unam partem sex partium totius eius quod Bergus et Martinus Diadalli de Monte Nero reddunt predictis Rossis et quam olim dicto Rosso viro dicte Mathee reddebant.

Et unam partem sex partium totius terre quam tenet Michael de Gavangnano a dictis dominis et quam olim a dicto Rosso tenebat.

Et unam partem sex partium totius terre quam tenent Iuncta et Bartholomeus de Monte Nero et quam olim a dicto Rosso tenebant.

Et unam partem sex partium totius terre quam tenet Guido filius Guidonis Neri de Monte Nero della mascia de Frassineta.

Et unam partem sex partium totius eius quod tenet a dictis dominis Bandinus de Gavangnano.

Et unam partem sex partium totius eius quam consuevit laborare Francus de Tregulo.

Et unam partem sex partium totius terre quam tenet Bandinus de Gavangnano della mascia de Ligone a predictis dominis et quam tenebant a dicto Rosso viro dicte Mathee-

Et unam partem sex partium totius terre quam tenet Petrus de Gavangnano a dictis dominis.

Et unam partem sex partium totius terre quam tenet Iacobus de Gavangnano a dictis dominis.

Et unam partem sex partium totius terre quam tenet Michael de Gavangnano a dictis dominis.

Et unam partem sex partium totius terre quam consuevit laborare Guido de Becaria a dictis dominis.

Et unam partem sex partium totius terre quam laborat Sexmondellus Passus de Pallioiola et quidam alius a dictis dominis de Colongnola.

Et unam partem sex partium totius terre quam tenent Iacobus della Scopaia et Barone a dictis dominis.

Et unam partem duodecim partium totius eius quod predicti domini de Colongnola habent et olim dictus dominus Rossus vir predicte Mathee habebat in podere Porcilliani.

Et totum fructum, redditum et obventionem pervenientes de dictis et ex dictis terrarum petiis; et omnes terras domesticas et agrestas et prata et redditus et proventus et obventiones omnes quas et que dictus dominus Rossus habebat et tenebat et sibi pertinebat tempore sue mortis, videlicet in Collinis et in Plano Portus Pisani et in Vicarello aliquo modo vel iure, et in quibus bonis et aliis bonis, que fuerunt quondam suprascripti domini Rossi viri predicte Mathee, dicta Mathea recipere habebat pro dote et nomine sue dotis et antefacti libras CCCCXXV, prout in strumento dotali rogato et firmato a Bonaiuto notario sub annis domini millesimo CCL, inditione septima, tertio Nonas

aprilis et a me Orsello notario viso et lecto continetur, et de quibus dictus dominus Palaviscinus pater suprascripte Mathee et ipsius procurator, procuratorio nomine pro ea, notitiam habuit et cepit in curia nova latam ab Alberto Pandulfi et socio publicis nove curie iudicibus et firmatam a Leone notario sub annis domini MCCLX, inditione tertia, VI Nonas martii et a me Orsello notario visam et lectam continetur, et de quibus dictus dominus Palaviscinus habuit donationem inrevocabiliter inter vivos a dicta Mathea filia sua, prout in carta ipsius donationis rogata a Bonaiuto notario contineri dicebant, et in quibus omnibus et singulis suprascriptis suprascriptus dominus Palaviscinus missus fuit in tenere tam in petiis terrarum cum domibus quam honoribus et iurisdictionibus et redditibus et proventibus et obventionibus pertinentibus dicto olim domino Rosso viro dicte Mathee a Lamberto Gaitani et Acto de Massa publicis nove curie iudicibus, prout in carta ipsius teneris sive ipsarum tenerium et possessionum rogata a Iohanne quondam Donati notario et scriba tunc publico predicte curie sub annis domini MCCLXI, indictione quarta, VII Kalendas februarii et a me Orsello notario visa et lecta continetur, et in quibus et de quibus omnibus suprascriptis terrarum petiis et aliis supra nominatis et scriptis suprascriptus Palaviscinus recepit assignationem a domino Rainerio de Sancto Cassciano publico Pisano arbitro et iudice et inde notitiam habuit, prout in actis dicte curie contineri dicebant, cum omni iure et actione et proprietate et pertinentiis earum.

Insuper suprascriptus Palaviscinus vendidit, dedit, cessit, concessit atque mandavit suprascripto domino presbitero Alberto omnia iura omnesque actiones et rationes tam utiles quam directas, reales et personales et mixtas sibi quocumque modo pertinentes et pertinentia in suprascriptis et de suprascriptis terrarum petiis et honoribus et iurisdictionibus et proventibus et redditibus et introitibus positis in predietis locis supra nominatis quocumque modo vel iure, pro pretio et nomine certi pretii libranum nonaginta denariorum Pisanorum, quod totum suprascriptum pretium suprascriptus Palaviscinus coram me Orsello notario et testibus infrascriptis recepit et habuit a suprascripto domino presbitero Alberto in denariis crossis albis argenti dictam summam bene capientibus, de quo toto suprascripto pretio se ab eo bene quietum et pagatum vocavit, et dictum presbiterum Albertum et eius heredes et bona inde penitus absolvit et liberavit; et per sollemnem stipulationem suprascriptus dominus Palaviscinus convenit et promisit suprascripto domino presbitero Alberto quod de suprascriptis vel pro suprascriptis terrarum petiis vel aliquo eorum aut aliqua eorum parte et redditibus et proventibus et obventionibus et honoribus et eorum fructibus et iurisdictionibus suprascriptis vel aliquo vel aliqua eorum aut alicuius eorum parte non imbrigabit nec molestabit nec per plaeitum vel alio modo fatigabit suprascriptum dominum presbiterum Albertum nec eius heredes et bona seu cui vel quibus ipsa terrarum petia sive aliquod eorum sive aliquam eorum partem vel suprascriptos honores sive redditum et proventum et obventionem vel aliquem eorum dederit vel habere decreverit; et auctor et defensor et disbrigator inde ei et eius heredibus vel quibus dederit vel habere decreverit omnibus suis suorumque heredum expensis existet ab omni imbriganti persona vel loco seu personis et locis, et dictum dominum presbiterum Albertum et eius heredes et bona inde et de predictis indepnes et indepnia conservabit et quod semper faciet dictum dominum presbiterum Albertum potioem in omnibus et singulis suprascriptis supra nominatis et scriptis circa proprietatem et possessionem ipsorum; et si contingerit suprascriptum dominum presbiterum Albertum vel eius heredes vel bona imbrigari vel molestari aut inquietari ab aliquibus personis et locis aut persona et loco de omnibus suprascriptis vel aliquo suprascriptorum quod ipse brigam et questionem et molestiam in se suscipiet et prosequetur usque ad finem cause omnibus suis suorumque heredum expensis. et pingnora dabit curie et advocatos in dicta questione seu questionibus acquirat et eorum salaria eis dabit de suo proprio, quod si non fecerit et non observaverit aut si contra factum fuerit penam dupli suprascriptorum petiorum terrarum cum domibus et omnium suprascriptorum sub exstimatione qualis tunc fuerit et dampnum et dispendium totum quod propterea haberetur et fieret dicto domino presbitero Alberto dare et solvere convenit et promisit, se et suos heredes et bona ei et eius heredibus obligando, renuntiando omni iuri, legi, constituto, auxilio et defensionem et exceptionem unde se a predictis vel ab aliquo suprascriptorum tueri vel iuvare aut liberari posset; et precepit ei ingredi possessionem et tenere suprascriptorum petiorum terrarum cum domibus et omnium suprascriptorum hononum et

iurisdictionum et reddituum et proventuum et obventionum suprascriptorum omnium iure proprio possidere vel quasi, que omnia se pro eo iure proprio constituit possidere vel quasi.

Ad hec Ildebrandinus quondam domini Rainerii de Curte, precibus et mandato suprascripti Palaviscini fideiubendo pro eo et etiam suo nomine proprio principaliter, idem et omnia suprascripta et singula suprascriptorum conventa et promissa a suprascripto domino Palaviscino per stipulationem convenit et promisit suprascripto domino presbitero Alberto, ad suprascriptam penam se et suos heredes et bona ei et eius heredibus obligando, renuntiando omnibus suprascriptis.

Et taliter hec omnia suprascripti contrahentes me Orsellum notarium scribere rogaverunt.

Actum Pisis sub sala fondaci de Assopardis, presentibus Iohanne quondam Falconis apothecario de cappella sante Marie Magdalene, Aliocto quondam Guidonis de cappella sancti Mathei et Bonaiuto filio Ugolini bancherii, testibus ad hec rogatis, dominice incarnationis anno millesimo ducentesimo sexagesimo primo, inditione quarta, duodecimo Kalendas aprilis.

(S) Ego Orsellus quondam Serelli, domini Frederiei dei gratia Romanorum inperatoris notarius, predictis omnibus interfui et hanc inde cartam rogatus scripsi atque firmavi.

29 settembre 1266

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico Cappelli n.
1267 settembre 29. Indizione 10. Riproduzione digitale n. CAP01877.

Note:

Pergamena con mancanza al bordo superiore che interessa le prime quattro righe della scrittura e lievi rosure al margine destro.

Regesto:

Prete Alberto, già priore di Santa Maria a Fine, figlio del fu Guido da Colognole, vende a Giovanni apotecario del fu Falcone tutta la parte a lui spettante per compra che ne fece da Pallavicino de Curte, di tutto il castello di Colognole delle Colline, della curia di detto castello e sue pertinenze, e il giuspatronato delle chiese di San Pietro e di Sant'Andrea, con molti altri beni nelle Colleine e in Pian di Porto, per il prezzo di 94 lire e 5 soldi di denari pisani minuti.

Fatto a Colognole.

Rogò Tedicio, notaio.

Copiò Tommasino di Matteo Agnelli, notaio.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Dominice inca[rnationis] anno millesimo ducentesimo sexa[gesimo] septimo, indictione decima, tertio Kalendas octubris.

Ex huius publici instrumenti clareat lectione quod [presbiter Al]bertus olim prior sancte Marie a Ffine quondam domini Guidonis de Colognola vendidit et tradidit Iohanni apothecario quondam Falconis partem dicti presbiteri Alberti sibi contingente ex conpera quam fecit a domino Palaviscino de Curte quondam domini Ferrantis de cappella sancti Ylarii per cartam rogatam scriptam et firmatam ab Orsello notario quondam Serelli, currentibus annis domini mill[esimo] ducentesi[m]o sexagesimo primo, indictione quarta, duodecimo Kalendas aprelis, et a Tedicio notario visam et lectam, que est una pars integra pro indiviso de duodecim partibus integris pro indiviso totius castri de Colognola Collinarum et totius curie ipsius castri et pertinentiarum eius et totum et quicquid habet in dicto castro et eius curia et confinibus et prtinrntiis pertinet et pertinere potest pro diviso¹ vel indiviso tam in terris domesticis et agrestis quam domibus et saltis et pascuis et nemoribus et silvis et ius et honorem patronatus ecclesie sancti Petri de Colognola et ecclesie sancti Andree de Colognola et omnes² alios honores et iura et redditus quos et que habet et sibi pertinent vel pertinere possunt in dictis castro et curia ipsius castri et eius confinibus occasione dicte compere et omnia infrascripta petia terrarum positarum in Colognola seu infra confines Colognole. Primum quorum est cum vinea et fructibus super se et terra vacua, et tenet unum caput in carbonaria dicti castelli Colognole, aliud caput in terra et nemore suprascripti Iohannis Falconis et consortium, latus in terra Periccioli et partim in terra Bartholomei, aliud latus in terra et vinea suprascripti Iohannis emptoris.

Et omnes alias terra et iura ractionum redditus et proventus ipsarum terrarum quas tenet Rossectus in villa de Colognola.

Et tertiam partem pro indiviso infrascriptorum petiorum terrarum. Primum quorum est cum domo super se et omni sua pertinentia, positum in Colognola, et tenet unum caput cum uno latere n viis publicis, aliud caput in terris Iohannis Falconis suprascripti et partim³ in via publica, aliud latus in terra Periccioli.

Secundum petium est positum post dictum castellum de Colognola et est pastinum, et tenet unum caput in terra heredum Hubaldi quondam Bandini Porcelli, aliud caput cum uno latere in terra Iohannis suprascripti emptoris, aliud latus in Cerbaria.

¹ indiviso con in- espunto dal testo tramite due puntini sottoscritti.

² omes.

³ in terra espunto dal testo tramite dei puntini sottoscritti.

Tertium petium est terra campia cum fructibus super se, positum in eodem loco, et tenet unum caput in via publica, aliud caput in terra Ricoveri et Billi et partim in terra Bartholomei, latus in terra Bonacursi et Periccioli et partim in terra predicti Iohannis emptoris et in terra heredum predicti Hubaldi.

Quartum petium est positum in predictis confinibus in loco dicto *Sotto Al Serrallio*, et tenet ambo capita in terra predicti Bartholomei et predicti presbiteri Alberti, latus unum in terra suprascripti Iohannis emptoris, aliud latus in terra predicti Bartholomei,

Quintum petium est positum ibi prope in loco Al Posso, et tenet unum caput cum uno latere in via publica, aliud caput in terra predicti Iohannis emptoris, aliud latus in terra Rossi de Colognola.

Sextum petium est positum ibi prope, et tenet unum caput cum uno latere in viis publicis, aliud caput in terra predicti Iohannis emptoris, latus in terra Iuncte.

Septimum petium est in predictis confinibus, et tenet unum caput in terra predicti Bartholomei, aliud caput in terra predicti Iohannis emptoris, latera ambo in terra predictorum Alberti et Periccioli.

Octavum petium est positum in predictis confinibus in loco dicto Al Birissole, et tenet ambo capita cum uno latere in viis publicis, aliud latus in terra predicti Periccioli cum olivis super se.

Nonum petium est positum in dictis confinibus in loco dicto de Lo Serrallio, et tenet ambo capita in viis publicis, latera ambo in terra suprascriptorum Periccioli et Iohannis et Bartholomei.

Decimum petium est positum ibi prope in loco dicto Alloliaio de Lello, et tenet caput in terra Bartholomei, aliud caput in terra Capronensium, latus unum in via publica, aliud latus in terra predicti Bartholomei, vel si qui alii sunt confines.

Et omnia alia petia terrarum que sunt prata posita in loco dicto *In Valle* et sunt comunalia.

Et totam tertiam partem pro indiviso terrarum quas tenent et habent Rossi Albari.

Et nonam partem de sex partibus totius poderis quod Rossi de Colognola tenent et habent in Sancto Regulo et in eius confinibus et iurisdictionum et olim eis pertinebant.

Et sextam partem integram pro indiviso totius eius que et quod predicti Rossi habent in Palliana et eius confinibus et iurisdictione.

Et unam partem de duodecim partibus omnium et totius eius que et quod domini de Colognola in Forciano et in Orcciano et suis confinibus et iurisdictione et que olim domino Rosso, viro domine Mathee filie dicti domini Palaviscini, pertinebant.

Et unam partem omnium et totius eius quod predicti domini de Colognola habent in Scutriano et quod olim dicto Rosso pertinebant.

Et unam partem de duodecim partibus de omni eo quod predicti domini de Colognola habent et olim dictus Rossus habebat in podere et boschus de Nuvilia et eius confinibus et iurisdictione.

Et unam partem de duodecim partibus de omni eo quod predicti domini de Colognola vel alius pro eis habent et recolligunt seu recolligi faciunt et olim predicto Rosso viro dicte Mathee pertinebat et propter idem Rossus habebat et recolligebat pro eo pro libello et albergaria et occasioe libelli et albergarie in Quartodiecimo.

Et unam partem de duodecim partibus totius terre quam tenet Gerardus de Torsciana ad predictis dominis et quam olim tenebat a dicto Rosso.

Et unam partem de duodecim partibus de omni eo quod predicti domini recolligunt et que olim [dictus dominus Rossus] recolligebat in podere de Falischeto.

Et unam partem de sex partibus de omni eo quod Rossi de Colognola et olim dictus Rossus recolligebat ad Montem Vecchium.

[Et unam partem de] sex partium poderis quod tenet Petrus Agustini et totius eius quod ei pertinebat in Aliaula de curte de Colognola.

Et unam partem de duodecim partibus totius poderis [de Toricchio.

Et unam] partem totius poderis quod tenet Gerardus de Cassciano.

Et unam partem de duodecim partium poderis quod tenet nepos Bergi de Cassciano.

Et unam partem duodecim part[ium terre quam tenet] Barone de Ponte de Camaiano.

Et tertiam partem totius eius quod Rossi habent ad Pinetum.

Et unam partem duodecim partium omni eo quod predicti domini recolligebant et olim predictus Rossus recolligebat et ei pertinebat Al Gabbrio.

Et unam partem duodecim partium totius feudi quod predicti domini de Colognola habent et quam olim predictus Rossus vir predictae Mathee habebat^{sic} et sibi pertinebat in Parrana, quod tenent nepotes domini Albertini de⁴ Carbonaria.

Et unam partem sex partium de omni eo quod tenet et reddet Adamus de Sancto Fele ad dictis Rossis et olim dicto Rosso viro dictae Mathee reddebat et tenebat ab eo.

Et unam partem sex partium totius eius quod Bergus et Martinus Diadalli de Montenero reddunt predictis Rossis et quam olim dicto Rosso viro dictae Mathee reddebat.

Et unam partem sex partium totius terre quam tenet Michael de Gavignano a dictis dominis et quam olim a dicto Rosso tenebat.

Et unam partem sex partium totius terre quam tenent Iuncta et Bartholomeus de Montenero et quam olim a dicto Rosso tenebatur.

Et unam partem sex partium totius terre quam tenet Guido filio Guidonis Neri de Montenero de la Masia de Frassineta.

Et unam partem sex partium totius eius quam tenet a dictis dominis Bandino de Gavignano.

Et unam partem sex partium totius eius quam consuevit laborare Francus de Tregulo.

Et unam partem sex partium totius terre quam tenet Bandinus de Gavignano de la masia de Ligone a predictis dominis et quam tenebat a predicto Rosso viro dictae Mathee.

Et unam partem sex partium totius terre quam tenet Petrus de Gavignano ad dictis dominis.

Et unam partem sex partium totius terre quam tenet Iacobus de Gavignano a dictis dominis.

Et unam partem sex partium totius terre quam tenet Michael de Gavignano a dictis dominis.

Et unam partem sex partium totius terre quam consuevit laborare Guido de Beccaria ad dictis dominis.

Et unam partem sex partium totius terre quam laborare consuevit Sismondellus Passus de Palaiola et quidam alius a dictis dominis de Colognola.

Et unam partem sex partium totius terre quam tenet Iacobus de Scopaia et Barone a dictis dominis.

Et unam partem duodecim partium totius eius quod predicti domini de Colognola habent et olim predictus Rossus vir predictae Mathee habebat in podere Porciliani.

Et totum fructum redditum et obventionem pertinentes in dictis et de dictis terrarum petiis. Et omnes terras domesticas et agrestas et pratas et redditus et proventus et obventiones quas et que dictus dominus Rossus habebat et sibi pertinebat tempore sue mortis videlicet in Collinis et Plano Portus Pisani aliquo modo vel iure, cum omni iure et actione et proprietate ac eorum pertinentiis.

Insuper vendidit dedit cessit concessit atque mandavit eidem Iohanni emptori omnia iura omnesque actiones et rationes tam utiles quam directas, reales personales et mixtas que inde sibi quoquo modo vel iure in rem vel in personam competunt seu competere possunt, quatinus hiis omnibus utilibus et directis suo nomine agat et experiatur contra omnem personam et locum.

Pro pretio librarum nonaginta quatuor, soldorum quinque denariotum Pisanorum minorum. Quod totum predictum pretium dictus Iohannes emptor incontinenti dedit et solvit suprascripto presbitero Alberto, coram Tedicio notario et testibus infrascriptis. Et de ipso pretio vocavit se bene quietum et pacatum et dictum Iohannem emptorem inde penitus liberavit et absolvit.

Et per sollempnem stipulationem dictus presbiter Albertus convenit et promisit suprascripto Iohanni emptori, obligando se et suos heredes et bona sub pena dupli suprascripti pretii vel estimationis suprascripte rei vendite et tradite, que tunc⁵ fuerit, stipulatione promissa ad lectionem dicti Iohannis emptoris quam eligere voluerit quod de predicta vel pro predicta re vendita et tradita vel eius occasione nullo modo vel ingenio quolibet per se vel per alium inbrigabit vel molestabit neque per placitum vel alio modo fatigabit suprascriptum Iohannem emptorem vel suos heredes et bona sive cui vel quibus dederint vel habere decreverint, set ab omni inbriganti persona et loco inde eos defendet et disbrigabit et indempnes conservabit, et actor et defensor inde eis erit cum omnibus suis

⁴ Parrana espunto da testo tramite alcuni puntini sottoscritti.

⁵ tuc.

suorumque heredum expensis curie et advocatorum et omnes alias que si inde fierent eis eas integre resarcire. Renuntiavit omni iuri sibi competenti contra predicta; et etiam renuntiavit privilegio [fo]ri. Et si lis vel questio aut controversia aliqua moveretur vel fieret eidem Iohanni emptori de suprascripta re vendita et tradita in aliqua curia ecclesiastica vel seculari, quod ipsas lites et questiones et controversias in se suscipiet et eas tractabit omnibus suis propriis expensis pignoribus et advocatoris et omnibus aliis expensis et quod vacuum⁶ et disbrigatam possessionem de suprascripta re vendita et tradita eis dabit ab re et honore expeditam, et quod semper faciet eos esse potiores circa proprietatem et possessionem suprascripte rei vendite et tradite, ad penam dupli suprascriptorum omnium stipulatione promissam, obligando se et suos heredes et bona eidem Iohanni emptori et suis heredibus.

Et sic precepit eidem Iohanni emptori ingredi possessionem suprascripte rei vendite et tradite quatinus suo nomine iure proprio possideat. Et constituit se pro eo possidere.

Sato fideiussore Rosso germano suo filio quondam suprascripti domini Guidonis de Colognola, qui precibus et mandato suprascripti presbiteri Alberti et sub eadem penam et expensis et pactis suprascriptis stipulatione promissa et similiter renuntiavit et quod de tota predicta re vendita et tradita et eius possessione et iurium et omnibus suprascriptis et singulis actor et defensor ab omni inbriganti persona et loco erit suprascripto Iohanni emptori et suis heredibus et quibus dederint vel habere decreverit, renuntiando omni iuri sibi competenti contra predicta.

Actum in Colognola Collinarum in camera domus suprascripti Iohannis emptoris, pesentibus Albertus de Colognola quondam Salvii et Martino de suprascripto loco quondam Guilielmini, testibus ad hec rogatis.

(S) Ego Thomasinus filius Mathei Agnelli, inperialis aule iudex ordinarius atque notarius, hec omnia et singula suprascripta a suprascripto Tedicio notario rogata, ex commissione michi facta ab ipso Tedicio de suis actis et scedis, prout ipsis actis et scedis inveni, ita scripsi et firmavi.

⁶ vacam.

17 dicembre 1266

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico Cappelli n. 74.

1267 dicembre 17, Indizione 10. Corta. Riproduzione digitale n.CAP01871

Regesto:

Villana, vedova di Odimondo da Colognole e figlia del fu Bandino di Gaetano, vende a Giovanni del fu Falcone tutta la parte che suo marito aveva nel castello e curia di Colognole e altre terre del marito, il tutto al prezzo di 45 lire pisane. Inoltre si impegna a far sì che Orlando del fu Odimondo, suo figlio, approvi questa vendita appena raggiunta l'età di 20 anni.

Ranieri del fu Simone del Verde è fideiussore per Villana.

Fatto in Pisa nel solaio della casa di abitazione di Villana, posta in Pisa nella parrocchia di san Vito. Rogò Iacopo Urselli figlio del fu Ildebrando Urselli.

Originale:

In eterni dei nomine amen. Ex hoc publico instrumento sit omnibus manifestum quod Villana, relicta Odimundi de Colognola et filia quondam Bandini Gaitani, eligens infrascriptam rem que venditur esse de medietate bonorum suorum quam, cum habeat filios et non unum ex forma constituti Pisani vendere et alienare potest, vendidit et tradidit Iohanni quondam Falconis totam partem quam suprascriptus Odimundus olim eius vir habebat et sibi pertinebat, que est una pars de vigintiquatuor partibus in toto castro de Colognola Collinarum, et totius curie ipsius castri et pertinentiarum eius et totum et quicquid suprascripto Odimundo olim eius viro in dicto castro et in eius curia et pertinentiis et confinibus pertinebat vel pertinere poterat pro diviso vel indiviso, tam in terris domesticis et agrestis quam domibus et paschuis et saltis et nemoribus et silvis, et ius et honorem patronatus ecclesie sancti Petri de Colognola et ecclesie sancti Andree de Colognola et omnes alios honores et iura et redditus, quos et que dictus Odimundus olim eius vir habebat et sibi pertinebat vel pertinere poterat in dicto castro et curia ipsius castri et eius confinibus, et medietatem integram pro indiviso omnium et singulorum infrascriptorum petiorum terrarum, positorum in Colognola sive infra confines Colognole.

Primum quorum est positum in burgo Colognole et tenet unum caput in via publica, aliud ad carbonariam castelli, latus in terra et domo Bartholomei quondam Becti Gainelli, a quo latere murus comunis est, aliud latus in terra et casalino Dassi.

Secundum est positum ibi prope via mediante et tenet unum caput in via publica, aliud in terra et casalino suprascripti Iohannis emptoris, latus unum in terra et domo Bartholomei, a quo latere murus est ipsius Bartholomei, aliud in platea publica.

Tertium est positum ibi prope et est ortus cum ficibus et olivis super se et omni sua pertinentia, quod tenet ambo capita in viis publicis, latus in terra suprascripti Iohannis emptoris, aliud latus in terra filiorum Ubaldi Bandini Porcelli.

Quartum est positum ibi prope cum olivis et ficibus super se et omni sua pertinentia, quod tenet unum caput in via publica, aliud in terra Dassi, latera ambo in terra domini Alberti prioris.

Quintum est positum in loco dicto al Colle cum olivis super se, et tenet ambo capita in viis publicis, latus unum in terra suprascripti domini Alberti prioris, aliud latus partim in terra Periccioli et partim in terra Bartholomei.

Et totam partem quam suprascriptus Odimundus olim eius vir habebat et ei pertinebat in terris quas Ruffectus tenet pro Rossis in villa de Colognola et iura et rationes et redditus et proventus ipsius partis.

Et sextam partem integram pro indiviso omnium et singulorum infrascriptorum petiorum terrarum cum eorum pertinentiis.

Primum quorum est cum domo et olivis et fructibus super se et omnia sua pertinentia, positum in Colognola, et tenet unum caput cum uno latere in viis publicis, aliud caput in terra suprascripti Iohannis emptoris et partim in via publica.

Secundum est terra campia cum fructibus et olivis super se, positum in eodem loco, et tenet unum caput in via publica, aliud caput partim in terra Ricoveri et Billii et partim in terra Bartholomei, latus unum in terra Bonacursi et Pericoli et partim in terra predicti Iohannis emptoris et in terra heredum predicti Ubaldi, aliud latus in terra Pericoli et Bartholomei.

Tertium est cum olivis et fructibus super se, positum in eisdem confinibus in loco dicto Sotto al Seraglio, et tenet ambo capita in terra predicti Bartholomei et predicti domini Alberti prioris, latus unum in terra suprascripti Iohannis emptoris, aliud latus in terra predicti Bartholomei.

Quartum est cum olivis et fructibus super se, positum ibi prope in loco dicto al Passo, et tenet unum caput cum uno latere in viis publicis, aliud caput in terra predicti Iohannis emptoris, aliud latus in terra predicti Rossi de Colognola.

Quintum est cum olivis et fructibus super se, positum ibi prope, et tenet unum caput cum uno latere in viis publicis, aliud caput in terra predicti Iohannis emptoris, aliud latus in terra Iunte.

Sextum est cum olivis et vinea super se, positum post dictum castellum de Colognola, et est pastinatum, et tenet unum caput in terra heredum Ubaldi Bandini Porcelli, aliud caput cum uno latere in terra predicti Iohannis emptoris, aliud latus in Cerbaia.

Septimum est in eisdem confinibus et tenet unum caput in terra predicti Bartholomei, aliud caput in terra predicti Iohannis emptoris, latera ambo in terra predictorum Alberti et Periccioli.

Octavum est cum fructibus super se positum in predictis confinibus in loco dicto Al Bitissale et tenet ambo capita cum uno latere in viis publicis, aliud latus in terra predicti Periccioli.

Nonum petium est positum in dictis confinibus in loco dicto del Seraglio, et tenet ambo capita in viis publicis, latera ambo in terra suprascriptorum Periccioli et Iohannis et Bartholomei.

Decimum petium est positum ibi prope in loco dicto Alolino del Bello, et tenet unum caput in terra Bartholomei, aliud caput in terra Capronensium, latus unum in via publica, aliud in terra predicti Bartholomei.

Et totam partem quam suprascriptus Odimundus olim eius vir habebat et ei pertinebat in omnibus aliis petiis terrarum que sunt prata positain loco dicto In Valle, et sunt comunia.

Et sextam partem pro indiviso terrarum quas tenent et habent Rossi a Llari.

Et unam partem de duodecim partibus totius poderis quod Rosside Colognola tenent et habent in Sancto Regulo et eius confinibus et iurisdictionibus et olim eis pertinebat.

Et duodecima partem integram pro indiviso omnium et totius eius que et quod domini de Colognola habent in Forriano et in Orciano et suis confinibus et iurisdictionibus et que olim dicto domino Odimundo pertinebat.

Et unam partem omnium et totius eius quod predicti domini de Colognola habent in Schotriano et que olim dicto domino Odimundo pertinebat.

Et unam partem de vigintiquatuor partibus omnium et totius eius que et quod dicti domini habent et eis pertinent et dicto olim domino Odimundo pertinebat in Vicarello.

Et unam partem de vigintiquatuor partibus de omni et toto eo quod predicto domini de Colognola habent et quam dictus dominus Odimundusolim habebat in poderi et boschis de Nuvila et eius confinibus et iurisdictionibus.

Et unam partem de vigintiquatuor partibus de omni et toto eo quod predicti omni de Colognola vel alius pro eis habent et recolligunt seu recolligi faciunt et que olim predictus dominus Odimundo pertinebat pro libello et albergaria et occasione libelli et albergarie in Quartodiecimo.

Et unam partem de vigintiquatuor partibus titius terre qua tenet Gerardus de Torsciana a predictis dominis.

Et unam partem de vigintiquatuor partibus de omni et toto eo quod predicti domini recolligunt et quam olim dictus dominus Odimundus recolligebat in poderi de Falischeto.

Et una partem de duodecim partibus de omni eo quod Rossi de Colognola et quam olim dictus dominus Odimundus recolligebat ad Montem Vecchium.

Et una partem de duodecim partium poderis quod tenet Petrus Agustini et totius eius quod ei pertinebat in Alliaula de curte de Colognola.

Et una partem de vigintiquatuor partibus totius poderis de Toricchio.

Et una partem de vigintiquatuorpartibus poderis quod tenet nepos Bergi de Cassciano.
Et unam partem de vigintiquatuor partibus terre quam tenet Barone de Ponte de Camaiano.
Et sextam partem totius eius quod Rossi habent ad Pinetum.
Wt unam partem de vigintiquatuor partibus de omni eo quod predicto domini recolligunt et quam olim dictus dominus Odimundus recolligebat et ei pertinebat ad Gabbro.
Et unam partem de vigintiquatuor partibus totius feudi quod predicti domini de Colognola habent et quam olim dictus dominus Odimundus habebat et sibi pertinebat in parrana et quod tenuerunt nepotes doini Albertini de Carbonaria.
Et unam partem de duodecim partibus de omni eo quod tenet et reddit Adamus de Sancto Fele a dominis Rossis et quam olim dicto domino Odimundo reddebat et tenebat ab eo.
Et unam partem de duodecim partibus totius terre quam tenet Michael de Gavignano a dictis dominis et qual olim a dicto domino Odimundo tenebat.
Et unam partem de duodecim partibus totius terre quam tenent Iunta et Bartholomeus de Montenero et quam olim a dicto domino Odimundo tenebatur.
Et unam partem de duodecim partibus totius terre quam tenet Guido filius Guidonis Neri de Montenero de La Masia de Fraxineta.
Et unam partem de duodecim partibus titus eius quod tenet a dictis dominis Bandinus de Gavignano.
Et tertiam partem de duodecim partiibus totius eius quod consuevit laborare Franchus de Tregulo.
Et unam partem de duodecim partibus totius terre quam tenet Bandinus de Gavignano de La Masia de Ligone a dictis dominis et quam olim detenebat a dicto domino Odimundo.
Et unam partem de duodecim partibus totius terre quam tenet Petrus de Gavignano a dictis dominis.
Et unam partem de duodecim partibus quam tenet Iacobus de Gavignano a dictis dominis.
Et unam partem de duodecim partibus totius terre quam tenet Michael de Gavignano a dictis dominis.
Et unam partem de duodecim partibus totius terre quam consuevit laborare Guido de Beccharia a dictis dominis.
Et unam partem de duodecim partibus totius terre quam consuevit laborare Sismundellus Passus de Palaiola et quidam alius a dominis suprascriptis de Colognola
Et unam partem de duodecim partibus totius terre quam tenet Iacobus de Scopaia et Barone a dictis dominis.
Et inam partem de vigintiquatuor partiibus totius eius quod predicti domini de Colognola habent et quam olim dictus dominus Odimundus in poderi Porciliani.
Et unam partem de sex partibus poderis quod tenet Bettinus filius Vivelde apud Capannicium ville de Colognola.
Et unam partem de sex partibus poderis quod consuevit tenere Salvius, vel si alii sunt confines suprascriptorum petiorum terrarum vel alicuius eorum et fructus et redditus et obventiones provenientes ex dictis et de dictis partibus suprascriptorum petiorum terrarum.
Et omnes terras domesticas et agrestas et prata et redditus et proventus et obventiones quas et que dictus dominus Odimundus habebat et sibi pertinebat tempore sue mortis videlicet in Collinis et in Plano Portus Pisani et in Vicarello aliquo modo vel iure, cum omni iure actione proprietate pertinentiis et adiacentiis ipsorum.
Insuper ut dictum est vendidit dedit cessit concessit atque mandavit ei omnia iura omnesque actiones et rationes tam utiles quam directas, reales personale set mixtas inde sibi competentes et competentia quoquo modo vel iure, ut hiis omnibus et singulis ipse Iohannes et sui heredes et illi cui vel quibus dederint vel habere decreverint eorum directo et utili nomine agere et experiri possint et valeant contra omnem personam et locum.
Pro pretio librarum quadragintaquinque denariorum Pisanorum, quod totum pretium a dicto Iohanne recepit et gabuit, coram me Iacobo Urselli notario et testibus infrascriptis. Et de ipso pretio toto se bene quietam et pacatam vocavit.

Et per stipulationem sollemnem ipsa Villana convenit et promisit suprascripto Iohanni se suosque heredes et bona et specialiter rationes suas omnes sibi competentes ex indrumento suo dotali rogato ab Ildebrando Urselli notario, scripto et firmato a Iafferro Urselli notario sub annis domini millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio, indictione decima, pridie Kalendas maii, et a me Iacobo notario viso et lecto, obligando ad penam dupli extimationis suprascripte rei vendite, etiam que tunc fuerit, promissam, quod vacuum et disbrigatam possessionem ipsius ei dabit et ipsum circa eius proprietatem et possessionem potioem et superiorem esse faciet; et quod de ipsa vel pro ipsa re vendita et tradita vel eius occasione de cetero nullo modo vel ingenio quolibet per se vel per alium imbrigabit vel molestabit neque per placitum vel alio modo fatigabit suprascriptum Iohannem vel eius heredes aut illos cui vel quibus dederint vel habere decreverint, sed defendet et disbrigabit ipsam et eius heredibus et illis cui vel quibus dederint vel habere decreverint ab omnibus inbrigantibus personis et locis¹; et autrix et defensatrix inde eis erit cum omnibus suis suorumque heredum expensis, et quod suscipiet in se iudicium si de ipsa vel pro ipsa re vendita et traditavel eius occasione aliqua lis moveretur aliquo modo vel iure et pingnus dabit curie pro directura et advocato pro eius salario et ceteris expensis faciet que in dicta et pro dicta lite vel eius occasione necesse fuerint faciende; et quod sic faciet et curabit quod Orlandus eius filius et quondam suprascripti Odimundi infra octo dies proximos postquam pervenerit ad etatem viginti annorum et a dicto Iohanne vel eius heredibus sive alia persona pro eis fuerit inquisitus suprascriptam venditionem pretii receptionem et possessionis dationem et omnia et singula suprascripta et infrascripta confirmabit et iura et nomina indesibi competentia eidem Iohanni vel eius heredibus pro eodem suprascripto pretii vendet et dabit et cartam inde eis faciet in laude eorum convenienti sapientis que de iure valrat et teneat.

Et renuntiavit senatusconsulto Velleiani, certioratapius inde et omni alii iuri auxilio et constitutioni legis et usus quo vel quibus se a predictis vel aliquo predictorum tueri vel iuvare posset.

Et precepit ei ingredi possessionem suprascripte rei vendite, quatenus de cetero suo nomine iure proprio possideat et se pro eo interim possidere constituit.

Ad hec Rainerius quondam Simonis de Viridi fideiubendo pro suprascripta Villana et eius precibus et rogatu et etiam suo nomine proprio principaliter eadem in per omnia et singula suprascripta ut suprascripta Villana eodem suprascripto modo et ad suprascriptam penam eidem Iohanni convenit et per stipulationem promisit facere et fieri facere, se suosque heredes et bona obligando et nominatim quod de ipsa re vendita et tradita erit ei et eius heredibus et illis cui vel quibus dederint vel habere decreverint auctor defensor et disbrigator ab omnibus inbrigantibus personis et locis cum omnibus suis suorumque heredum expensis et quod sic faciet et curabit quod dictus Orlandus infra octo dies proximos postquam pervenerit ad etatem viginti annorum et a dicto Iohanne vel eius heredibus sive alia persona pro eis fuerit inquisitus suprascriptam venditionem et pretii receptionem et possessionis dationem et omnia et singula suprascripta confirmabit et iura et nomina inde sibi competentia eidem Iohanni vel eius heredibus pro eodem suprascripto pretio vendet et dabit et cartam inde eis faciet in laude eorum convenientis sapientis que de iure valeat et teneat.

Et renuntiavit omni iuri auxilio exceptioni et constitutioni legis et usus quo vel quibus se a predictis vel aliquo predictorum tueri vel iuvare posset.

Preterea suprascriptus Orlandus suprascripte venditioni pretii receptioni et possessionis dationi et omnibus et singulis suprascriptis consensit.

Actum Pisis in solario domus habitationis suprascripte Villane, posite in cappella sancti Viti, presentibus Francischo quondam Martini et Iunta quondam Bonacursi, testibus ad hec rogatis, dominice incarnationis anno millesimo ducentesimo sexagesimo septimo, indictione decima, sextodecimo Kalendas ianuarii.

(S) Ego Iacobus Urselli filius quondam Ildebrandi Urselli, imperatorie dignitatis notarius, predictis omnibus interfui et hanc inde cartam a me rogatam, rogatus, scripsi et firmavi.

¹ ab omnibus inbrigantibus personis et locis scritto in fondo al testo e richiamato in questo punto tramite un segno.